Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift

die autem quarto cum ministris pransurus· caseum quadrantem· vel quod tantum valet·
Tercio autem die indutus diurnalibus· ad primam redit in chorum· si sint xii· lectiones·
si autem privata est dies ad terciam· Quod si necdum viribus suis confidit· priori hoc
innotescat· Ad nocturnos interim si obdormivit· nemo eum cum [illegible]
absconsa inquietavit· sed eciam ad intervallum in lecto pausavit ita vestitus
et ad hoc de capitulo dum versus auribus vel si hoc non cantatur· te deum Exultabit in
choarentur exivit· Nec permissus est interim veniam petere in capitulo si quid re
clamatum est de illo· sed stare iussus pro venia inclinavit· quod tamen
cavendum est· si sciri potest quod sanguine est minutus· Qui tamen in re
fectorio si sonitum vel aliquid venia dignum in hoc biduo quo minuitur
fecerit· vel ipse vel alter eius collateralis veniam petit· Nam si alias
tale quid commiserit· quod non sit in capitulo reticendum usque in tercium diem est
differendum· Qui vult tempore incongruo sanguinem minuere cum venia licentiam in capitulo debet impetrare.

Cavet autem in pascha et pentecosten ante feriam iiii· sanguinem
minuere· non sit obedientiarius talis qui assidue foras moratur·
acquisita licentia a priore· Quod si quis aliud in predictis diebus vel quandocumque tam
inconveniens est· non potest pro infirmitate congruum tempus expectare· hic
in capitulo cum venia licentiam debet impetrare· Cavet eciam unusquisque
eo die minuere cuius sequente nocte xii· fiunt lectiones non in xlma·
Tunc semper in sabbato post vesperas dicto Benedicamus domino minuitur pro eo
quod in die dominica non ieiunatur· In quadragesima post evangelium consuetudinaliter estivale
prandium habere debet· et tercia die vesperas cum infirmis audit· si
vult· statimque prandium fratrum anticipat· ita ut postea se non refici
at· et infra communem fratrum refectionem moratur ad s· Mariam
In dominico vero die quia facturus est foris claustrum processionem· induitur
diurnales· Ceteras autem que fiunt nudis pedibus accepta licentia
evitare potest· Post completorium de tribus orationibus non nisi unam·
et hanc sedendo facit· et statim exivit· Quibus autem prima concessum est